

94. Papa Giulio II al re Enrico VII d'Inghilterra.<sup>1</sup>

Roma, 6 gennaio 1506.

« Regi Anglie... Carissime etc. Decrevimus Deo dante vetustam admodum et propemodum collabentem basilicam b. Petri apostolorum principis de urbe a fundamentis rehedificare decentique opere cum capellis et aliis officinis necessariis exornare atque instaurare. Cum autem nostri et Ro[mane] E[cclesi]e redditus sint admodum tenues et exiles multaque alia etiam pro defensione cath[olice] fidei nobis incumbant dispendia ac propterea ad tantum tamque sumptuosum opus sint christifidelium praesertim catholicorum suffragia plurimum opportuna, M<sup>tem</sup> tuam quam religione et pietate inter ceteros Christianos reges plurimum pollere cognovimus hortamur et ex animo requirimus, velit aliquid de bonis sibi in tam inclito et opulento suo regno a Deo collatis, prout devotione sua dictaverit, in hoc sanct[um] ac pernecessarium opus erogare et alicui, de quo confidat, committere, ut illud videat in eum tantum et non in alium usum converti». Con ciò obbligherai noi e la Santa Sede ad esserti grati. « Dat. Romae apud S. Petrum die VI. Januarii 1506. Pontif. nostri anno 3º ».

Duplicat. sub eadem data.

Si[mile]	archiep.	Cantuarien.	sub.	eadem	data.
»	»	Eboracen. <sup>2</sup>	»	»	»
»	episcopo	Wintonien. <sup>3</sup>	»	»	»
»	»	Lincolinen.	»	»	»
»	»	Sarisberico	»	»	»
»	»	Norvicen	»	»	»
»	»	Exonien. <sup>4</sup>	»	»	»
»	»	Conventrien. <sup>5</sup>	»	»	»
»	»	Cuestien. <sup>6</sup>	»	»	»
»	»	Harforden.	»	»	»
»		Margarite matri regis Anglie.			
»		duci Buckinganie.			
»		march. de Dorstat.			
»		comiti Northumberlandie.			
»	»	de Vurren. <sup>7</sup>			
»	»	Salopie. <sup>8</sup>			
»	»	Arundelie.			
»	*	Devonie.			
»	»	Oxonie.			

<sup>1</sup> Cfr. sopra p. 895, 902 s.<sup>2</sup> York.<sup>3</sup> Winchester.<sup>4</sup> Exeter.<sup>5</sup> Coventry.<sup>6</sup> Cicestren.: v. *Engl. Hist. Review* XII (1897), 562.<sup>7</sup> Worcester.<sup>8</sup> Shrewsbury.